suco r. ob. et fiant pillule de quibus toto tempore anni assumere potest omni 2o uel 3o sero unam immediate ante cenam et si accipiet de eis omni mense bis quinque uel sex esset ualde utile sibi obseruando condiciones datas in primis pill.

electuarium — Tertium compositum est hoc ℞ betonice stichados maiorane. boraginis mastic. seminis rute siseleos ana ʒ ii. pulueris acori ʒ iii. anacardi ʒ i s. been al. et ru. croci nucis muscate ana ℈ ii. ligni aloes ana ℈ iiii. mellis conseruacionis ℥ lib. i. zuc. al. ℥ ii. coquatur omnia simul et fiat electuarium de quo accipiat toto anno omni mane per 2or horas ante cibum quantitatem unius nucis. et credo in hoc prodesse magnam quantitatem acori eius et si non possit itaque frequenter accipere de eo saltem accipiat omni 3a die uel bis in septimana quantitatem pradictam

unguentum — Quartum uero compositum est hoc ℞ olei de lateribus ℥ i. olei de costo ℥ s. emplastri cerenei de speciebus nicolai in anticidoto ℥ iii. incorporentur omnia simul. et hoc unguento per totum mensem marcii omni sero ungatur tota spina eius et qui uadit ad lectum et supponatur frustrum lane bene carpinate / Primum 9o de simplicibus conferentibus ad hanc dispositionem et securius est betonica que calida est et sicca in fine 2i et in principio 3i secundum quosdam.

betonica — Cuius usus sit in cibis Confert consolidacioni et attracioni neruorum et contusioni et lapsitudini corporis Et ʒ i. pulueris eius in potu data omni septimana semel in aurora cum ℥ ii. ydromellis calidi est mirifice confert toti pectori et cordi

cim̄ — Secundum simplex est crocus et concordant in eo omnes sapientes ad pulsum et tremorem cordis et propterea usus eius est in cibis Et si omni mense bis acciperet de eo ℈ i. cum ℥ ii. aque acoree efficeret ei presidium singulare

brionia — Tertium simplex et magne utilitatis est brionia si ex radice eius fiat decoctio cum qua fiet clistere simplici Et si etiam ex decoctione radicum eius fomentetur aut suffungetur tota spina esset ei iuuamentum ardui

calamentum — Quartum simplex est usus calamenti in ciborum eius mediocri quantitate et radiat eam uinas infundis nutce carnes et si superuenit ei dolores in spatulis et in spina tunc fomentetur cum herba eius bene calefacta mirabili iuuamento confortet

siseleos — Quintum simplex est siseleos cuius decoctio confert dorsi dorsi et lapsitudini eius et si ex eo dentur ℥ iii. in septimana bis ut liter

adeps ursi — Sextum simplex est adeps ursi ex qua fit inunctio super spinam et confert lapsitudini et duriciei eius et contractioni ut plurimum 2g. o ualet historie calo de eo Et hec de prima particula huius capituli dicta sufficiant Sciendum tamen quod qui assuitur unum istorum sex simplicium dimittat electuarium et alia.

PRO 2a uero particula huius capituli premittatur purgatio in autumpno celebranda secundum hunc modum ℞ bene dicte ʒ iii. agarici electi ℈ i. ℥ ℈ s. aque maiorane ℥ iiii misce et accipiatur cum condicionibus uenis supra assignatis. Sequenti uero die accipiat hoc digestiuum. ℞ syr. ro. ℥ i. syr. de eupatorio ℥ i s. aque abrotani ℥ i s. aque melisse ℥ ii. misce et bibat continuet per dies octo calidum in aurora super dormiendo ei Die uero nona immediate sequenti eueletur cum hoc ℞ electuarii indi ℥ s. aque centauree mi. ℥ iii. calefiat aqua et dissoluatur cum eo electuarium et assuatur obseruatis condicionibus in purgacione uenis assignatis Pro despumacione uero composita ad curam harum disposicionum sufficienter premittatur primo quod hee quidem dispositiones secundum disputacionem faciles sunt actu uero et opere perplixe et difficiles 2o in Rasis capitulo 3o Nil magis quietum est possibile ad earum curam securius reperiri reponetur hoc compositum a galeno acceptum de melioribus ad torturam et in extractionem spodi bili et spasmum cuius series est ℞ calamenti rosarum cinamomi mastic ameos fu meu ypericonis zedoarie doronici garioff. ana aureum i. sandalorum r. u. xiloaloes ana ʒ i. musti ʒ s. terantur subtiliter et lauatur cum oleo balsami deinde incorporentur cum melle despumato et fiat electuarium. de quo precipio sumere omni mane 2a ʒ unius et sunt grana xv. cum syrupo de calamento et fortassis quod littera inuenitur corrupta debet enim scribi 4a pars ℥. et esset ʒ ii. ut sit sic descripcio ℞ syr. de calamento ℥ i. electuarii prescripti ʒ ii. incorporentur et lambendo degluciatur Et si bene considerabis uirtutes componentium omnia sunt simplicia secundum omnes illustres uiros preclarissima laude approbata ad disponeres tales tamen elige compositorum modo tuo Primum 9o de simplicibus placidatis. ad hanc dispositionem et ad motum tremulum et saltuosum cordis est zedoaria de qua scripsit auicenna quod confert tremori cordis uehementi ualde Et ego dico quod tamen in tercius quod ex eius applicata magnifice confert sui administretur in cibis uel alio modo ad ministracionis Secundum simplex est acorus qui est calidus et siccus in fine 2i cuius iuuamentum — zedoaria — acorus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1217/0275

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG